

## Partnersuche

### A Wo knüpft man Kontakte? (Ovid, *Ars* 1,79 ff. m. Ausl.)

Et fora conveniunt – quis credere possit? – amori,  
flammaque in arguto saepe reperta foro.

- 3 Sed tu praecipue curvis venare theatris;  
haec loca sunt voto fertiliora tuo.  
Illic invenies, quod ames, quod ludere possis,  
6 quodque semel tangas, quodque tenere velis.  
Spectatum veniunt, veniunt, spectentur ut ipsae. (...)  
Nec te nobilium fugiat certamen equorum:  
9 Multa capax populi commoda Circus habet.  
Proximus a domina nullo prohibente sedeto;  
Iunge tuum lateri, qua potes, usque latus.  
12 Et bene, quod cogit, si nolis, linea iungi,  
quod tibi tangenda est lege puella loci.  
Hic tibi quaeratur socii sermonis origo  
15 et moveant primos publica verba sonos:  
Cuius equi veniant, facito, studiose, requiras,  
nec mora, quisquis erit, cui favet illa, fave.  
18 Utque fit: In gremium pulvis si forte puellae  
deciderit, digitis excutiendus erit;  
Etsi nullus erit pulvis, tamen excute nullum:  
21 Quaelibet officio causa sit apta tuo!  
Respice praeterea, post vos quicumque sedebit,  
ne premat opposito mollia terga genu.

### B Flirtversuch (Ovid, *Amores* 3,2,1 ff.)

Im Zirkus setzt sich ein junger Mann neben seine Angebetete und spricht sie an:

„Ich sitze hier nicht als Liebhaber edler Pferde; doch  
wünsch ich dem den Sieg, dem du gewogen bist. Um mit  
3 dir zu sprechen, bin ich gekommen, um bei dir zu sitzen,  
damit dir die Liebe, die du erweckst, nicht unbekannt  
bleibt. Du betrachtetest das Rennen, ich dich: Soll jeder das  
6 ansehen, was ihm Freude macht, und seine Augenweide  
haben. O selig der Wagenlenker, den du bevorzugst; er hat  
also das Glück, dass du dich um ihn sorgst.“

(Übersetzung: v. Albrecht)

### C Was für ein Mädchen suchst du? (Martial, 1,57)

Qualem, Flacce, velim, quaeris, nolimve puellam.

Nolo nimis facilem difficilemque nimis.

- 3 Illud, quod medium est atque inter utrumque, probamus:  
Nec volo, quod cruciat, nec volo, quod satiat.

**argūtus** belebt – **reperta** (*est*)

**praecipuē** (Adv.) besonders – **curvis theātrīs** im Rund der Theater – **vēnārī** auf die Jagd gehen – **vōtō tuō**: Abl. d. Vergleichs – **fertilis**, *e* ertragreich

**spēctātum** um zu sehen

**fugere** h. entgehen – **certāmen** Wettrennen  
**capāx populī Circus** der menschenreiche Zirkus – **sedētō** du sollst sitzen

**bene** (*est*) – **līnea** Barriere (zw. d. Sitzreihen)


**tibi** h. von dir

**orīgō** *f* Anfang – **socius** verbindend

**prīmōs sonōs movēre** den ersten Gesprächsanlass bilden – **pūblicus** h. alltäglich – **facitō**, **studiōse**, **requiras** mach, dass du sie fragst, du eifriger Verehrer – **nec mora** ~ *sine mora* – **quisquis** h. wer auch immer –

**pulvis** *m* Staub – **dēcidere** ~ *cadere* – **excutere** abschütteln – **quīlibet** jeder beliebige

**oppositus** dagegengestellt – **genū, ūs** *n* Knie



**facilis / difficilis** h. leicht / schwer zu erobern

**cruciāre** quälen